

strâ memoriâ novimus omnes. Non dicam de inundationibus aliorum terrarum, v. gr. Italiæ, &c. aut insularum; neque recensebo varias veterum historias.

§. 4. Lapidibus vere petrificatis, præmittam *illa corpora, quæ topheo saltim incrustata sunt, & lapidis figuram externam referunt*, quamvis vegetabilium textura & fibræ non prorsus immutatae sint; sed topheo saltim tecta, longo tempore vero in lapides mutantur. Specimen tophaceæ incrustationis est **MUSCUS PETRIFICATUS**, vulgo sic dictus, qui in fonte *Jürsten-Brunne* / cujus memini in Cap. III. §. 18. 19. & 20. pag. 30. & 31. occurrit. Reperitur etiam aliquando in *Gembda*, quod loc. cit. §. 17. pag. 30. dixi: Sic etiam prope *Vinariam*, in rivulo quodam muscum, gramina atque folia arborum topheo obducta, vidi. Porro in fonte nostro *Jürsten-Brunne* occurrunt

**GRAMEN PETRIFICATUM,  
ARBORUM RAMENTA VARIA PETRIFICATA,  
FOLIA SALICIS PETRIFICATA.**

FO.